

ad terrorem rebellium et consolacionem amicorum et nostrorum fidelium contra regem Francie ad elacionis ipsius cornua nostre potencie conterenda felicibus auspiciis in fortitudine regalis brachii magnifice procedamus. Verum cum ante arrepcionem itineris nostri progressis nobilibus viris Iohanni de C.¹, E²[berhardo] de Marchia comitibus et Henrico de Blanchemonte³, vel saltem duobus ex ipsis loqui necessario habeamus, vos ad hoc operam applicetis, ut duo ex ipsis nobilibus viris ad nos veniant indilate. Nam cum ipsis assistente dextera regis regum taliter negocium nostrum disponemus, quod continuatis processibus ad partes Flandrie contra hostium agmina⁴ veniemus.

Ceterum diem et horam transfretacionis regis Anglie nobis continuo rescribatis⁵.

Datum ut supra.

III. Eduard I. von England beglückwünscht Rudolf von Habsburg zu seinem Siege über Ottokar von Böhmen, erbittet weitere Nachrichten und meldet sein und der Seinigen Wohlbefinden.

Etwa Oct. 1278.

Serenissimo principi domino R[udolfo] Dei gratia regi Romanorum semper augusto E[dwardus] eadem gratia rex Anglie salutem et felices ad vota successus.

Victoria, quam ad rebellionis vobis adversantium depressionem magnificencie vestre manus Altissimi divinitus est largita, et regni vestri status, qui disponente Domino prosperatur, sicut didicimus fide digne, cordi nostro leticiam contulit in inmensum. Et quia peroptamus de persona vestra et hiis, que vos⁶ tangunt, scire et audire prospera et iocunda, serenitatem vestram amicabiliter deprecamur, quatinus nobis statum vestrum una cum vestre voluntatis libito velitis crebro per vestras literas nunciare.

Ceterum quia de nobis audire prospera vobis credimus complacere, maiestas vestra noverit reverenda, quod nos

1) Johann von Châlons ist wohl gemeint, der im Frühjahr 1296 von Adolf als Vicar nach Tusciën geschickt, seitdem aber zurückgekehrt und im Febr. 1297 mit andern burgundischen Herren in Koblenz vor Adolf erschienen war, um ihm für den Krieg mit Frankreich ihre Unterstützung zuzusichern. Vgl. Bergengrün S. 72, Roth, Adolf von Nassau (Wiesbaden 1879) S. 265. 2) E ist nicht ganz deutlich. 3) Vgl. Böhmer, Reg. Adolfs 349; im Juni 1297, als der Krieg begann, stand er bei Furnes, vgl. Bergengrün S. 73. 4) 'agmna' Hs. 5) In den beiden Schreiben an Adolf vom 17. Mai und 4. Juni theilt Eduard I. das voraussichtliche Datum seines Aufbruches mit. Der vorliegende Brief scheint daher geschrieben zu sein, ehe der König eines derselben erhalten hatte. 6) 'vobis' Hs.